Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

festinant. Beati enim qui lugent: quoniam ipsi consolabunt. Dicentes me diuisisti: diu regnum peccati. per predicationem euangelii destruisti: et regnum sancti spiritus in electis meis per esuriem et sitim iustitiae constituisti. Beati enim qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Delebo eos ut puluerem terrae: multiplicando stellas caeli. per opa misericordiae: per quae in futuro iudicio meos a reproborum sorte sequestrabo. Venite benedicti patris mei percipite regnum: quia quandiu ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Beati qui misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequent. Quasi lutum platearum comminuam atque confringam: donando electis meis peccata cordis mundiciam: ad expugnandam eorum malitiam et nequitiam. Beati qui mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Saluabis me a contradictionibus populi: donando meis electis pacem uitam caelestis regni: ubi caro non resistit spiritui: ubi omnis tumultus cessabit exactoris diaboli: quae pace uocentur et sint filii dei. Beati qui pacifici: quoniam filii dei uocabuntur. Constitues me in caput gentium: cum mihi in regno meo associaueris omne corpus meorum electorum: quae propter me in terris laborauerunt: qui propter me persecutiones innumeras sustinuerunt. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum. SEQUITUR.

POPULUS quem non cognoui seruiuit mihi: filii alieni non resistent mihi: audito auris obedient mihi. filii alieni defluxerunt: et contabescent in angustiis suis. Viuit dominus et benedictus deus: et exaltabitur deus fortis salutis meae.

IN fine huius carminis uocatio gentium. repulsio iudeorum. et reuocatio eorum describitur: quae per omnem hunc librum altiuantur hinc inde modis repetitur. Populus gentium quem non cognoui pergram. seruiet mihi per fidei deuotionem: quae erant filii alieni. per ignorantiam dei et sui. non resistent mihi amplius per infidelitatis errorem: audito auris qui est deuotio cordis. obedient mihi per uerae dilectionis exhibitionem. Iudei quorum fuerant filii per legis cognitionem: alieni a me facti per infidelitatem. defluxerunt per suam infelicitatem. ad terrenam mundanarum delectationem: et extabescent in fine mundi per euangelii predicationem: in angustiis suis. in penitentia cordis. ad meae fidei susceptionem. De quarum conuersione. quia deus et angelus gaudium in celo nascetur: recte hic subditur. Viuit dominus et benedictus deus meus. in iudeorum conuersione: et exaltabitur deus fortis salutis meae. in conuersa gentium plenitudine. Post conuersionem iudeorum. quia festinet dies iudicii extremi sequitur. in quo bonorum ac malorum separatio pagitur: recte hic subditur. DEUS qui das mihi uindictam. per equissimam iudicii extremi censuram: de sanguine meo et omnium electorum. qui fusus est super terram. Qui deicis populos sub me. dicendo: ite maledicti in ignem aeternum: qui educis me in electis ouibus meis. quas ponis a dextris meis. ab inimicis meis. quas statuis a sinistris. et a resistentibus mihi eleuas me. dicendo. uenite BENEDICTI.

AURO in quo liberabis me: quem ut auctorem et incentorem omnium malorum uidentibus cunctis in tartarum precipitabis. Preterea extollebor tibi in gentibus in electis meis omnibus. quos sanguine meo redemi. ex iudeis et gentibus. Et nomini tuo cantabo: quia in electis meis omnibus per inimicorum detractionem. per meorum eruptionem. te in perpetuum laudabo et glorificabo. Tu enim pater domine. creator es celi. qui magnificas salutes regis tui. subiciens orbem terrarum meae fidei: et faciens misericordiam. xpo tuo DAVID. in quem per unctionem spiritus sancti in mundum misisti: faciens misericordiam. in dispensatione euangelii. quem credidisti: et semini eius in sempiternum. populo meo xpiano. quem tibi aeterna benedictione sanctificasti. SEQUITUR. Cap XXXIII

HEC SUNT autem uerba nouissima. quae dixit dauid filius yesai: dixit uir. cui est iuramentum est de xro dei iacob. egregius psalmistae israel. Spiritus domini locutus est per me: et sermo eius per linguam meam. Dixit dominus